1495. 23/3 Ex Orig: Arch: Regni.

In Villa Cosczijeleczkije Lanei quatuor inscribuntur.

91

Joannes Albertus Dei Gratia Rex Poloniæ, Supremus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæque, dominus et hæres. &. Significamus tenore præsentium quibus expedit universis. Quomodo animadvertentes quod famoso Gregorio Brant Civi Gdanensi, Magnificus Sbigneus de Janczin Succamerarius Cracoviensis, et Capitaneus Mariemburgensis census qui sibi proveniebant de laneis quatuor, quos in Villa Cosczijeleczkije a prædecessoribus nostris sibi impignoratos tenet per aliquot annos non satis juste receperit eosdem, itaque sibi recompensantes, ne ei in justicia faciendа defecisse videamur, sibi in et super eisdem quatuor laneis, centum et quinquaginta marcas leves monetæ Prutenicalis damus, et inscribimus per ipsum Gregorium Brant et suos legittimos successores, tenendos, habendos, utifruendos, atque cum omni jure et dominio possidendos nihil penitus excipientes usque ad supradictarum centum et quinquaginta marcarum, per nos aut nostros Successores, sibi aut suis successoribus solucionem juribus tamen nostris regalibus per

omnia

omnia et semper salvis, datum in Torun feria secunda proxima post dominicam Oculi, Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto, Regni nostri anno tertio.

Gregorius Vicecancellarius. mp.

Relatio Venerabilis Gregorii de Ludbranez Regni Poloniae Vicecancellarii

Ta Kopia przepisana z Oryginału parganinowego annihilowanego, u ktorego znayduie się pieczęć wiszęca na zawiasce parganinowey. Roku 1784. d. 15. Junii.